

N. XII.

Laudum, quo lis inter Bertholdum Episcopum Bambergensem ex vna — nec non Hermannum et Ottonem Comites de Orlamunde altera ex parte ob hereditatem Meranicam exorta componitur.

d. d. Langenstat XIX. Kalend. Januarii ao. 1260.

Nos *Eberhardus* Abbas Monasterij Sancti Michaelis In Monte Monachorum Orig. Arch. in Bamberch, nec non Prior fratrum Sancte Marie de Monte Carmeli, Presentibus Plassenburg. profiteamur, quod litteras Nobilium virorum *Heinrici* Comitis de Henneberch, *Eberhardi* de Sluzzelberch, *Heinrici* Aduocati de wida, *Herdeni* de Grindla, *wolframi* Pincerne de Ruth, *Eberhardi* de waldenuels, non Cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte sui viciatas vidimus in hec verba: Nos *Heinricus* Comes de *Henneberch*, *Eberhardus* de *Sluzzelberch*, *Heinricus* Aduocatus de *wida*, *Herdenus* de *Grindla*, *Wolframus* pincerna de *Ruth*, *Eberhardus* de *waldenuels*, Constare volumus vniuersis, quod super diffensione, que inter venerabilem dominum nostrum *Bertoldum* Bamberchensem Episcopum ex parte vna, et nobiles viros *Hermannum* et *Ottonem* Comites de *Orlamund* ex altera, pro feodis et bonis relictis per mortem *Ducis Meranie* vertebatur, in nos exstitit compromissum, Prius a domino Episcopo et a Comite *Hermann*o pro se et fratre suo corporali prestito iuramento, quod vtrinque

que ordinationi nostre, quam inueniremus per amicitiam vel iustitiam, obedirent. Induxerunt etiam nos partes, quod castra *Blanchenstein* a domino Episcopo, et *Zwerntz* a Comitibus in nostram accepimus potestatem, vt, si quis arbitrium nostrum non seruaret, alteri parti obseruanti castrum non seruantis arbitrium Cum LX. talentis reddituum iure proprietatis assignemus, et suum nichilominus restituamus, super quibus per nos fideliter promouendis ad eorum instanciam corporale prestimus iuramentum. Hac igitur auctoritate a partibus nobis data sub virtute iuramenti pronunciamus infra scripta, et ea per partes volumus inuiolabiliter obseruari. Primo pronunciamus, quod Comites de Orlamund Domino Episcopo Castrum In *Rouffenberch* et *Chranach* cum suis pertinenciis dent sine contradictione qualibet ad soluenda, pro ea summa pecunie, pro qua dominus *Otto* de *Swartzperch* sibi fatetur fuisse ab ecclesia obligata, si tamen hoc de eiusdem Ottonis voluntate fuerit et consensu; addicimus etiam, quod dicti Comites, si eis placet, possunt licite restituere dicto Ottoni idem castrum cum suis pertinenciis sine conuencione. Si vero dictus Otto nollet recipere, propter hoc non amitteret dictus Episcopus ipsa bona, set Comites recipient liberacionem, vt superius est expressum, et ipsi Comites et dictus Otto sibi inuicem, sicut iustum fuerit, stabunt iuri quod, si ante Conpletum tractatum dictus Otto decesserit, filij sui in ipso tractatu succedent in locum patris. Item pronunciamus, quod pro omnibus proprietatibus, pro quibus dominum Episcopum ipsi Comites inpetunt, dominus Episcopus, si probauerit sine dolo, super eo nullum priuilegium se habere, sacramento, vt moris est, videlicet sub stola et super libro sola manu sua, easdem proprietates debeat sue Ecclesie obtinere et possessionem earundem proprietatum, si necesse fuerit, cum vij viris ydoneis comprobare. Item pronunciamus, quod ecclesia ad solucionem quinquaginta talentorum de Moneta *Bambberchen* et duarum karratarum vini, que *dux Meranie*, sicut asserunt Comites, debebat habere ab Episcopo, nullatenus teneatur. Item pronunciamus, quod omnia feoda ad ecclesiam pertinencia, que dicti Comites inpetunt, si Episcopus vel Ecclesia *Bambberchen* in potestate et possessione ducis; eadem die *viuij et mortuij*, inuenerit, ad *) — — — — — suam debeant sine inpectione aliqua peruenire. Item pronunciamus, quod dominus Episcopus in omnibus proprietatibus prenominati Ducis, infeodatis et non infeodatis, non debeat dictos Comites impedire. Item pronunciamus de *Steinach*, In *Stainach* et patibulo iudiciali eiusdem Cente et Ducatu, si Comites possunt probare per priuilegia imperialia, ipsa sibi esse collata in feoda ab imperio, ea sibi retineant, alioquin dominus Episcopus per vij viros fide dignos, ipsam Centam consistere intra terminos sui Iudicij prouincialis, et de feodo Ecclesie sue †) et ita **) — — ns, Centa, Ducatu et Patibulo per Comites non grauetur. Item pronunciamus de villis *vichteh*, *Buch*, et *Burchpach*, quas inpetit dominus Episcopus, quod Comites probent per vij viros fide dignos, ipsas villas se iuste possidere, et postea alter eorum probet, proprietatem sola manu sua ad se pertinere. Item pronunciamus, quod, vbi sunt plures

*) Soll vermuthlich heißen: ad episcopum et ecclesiam &c.

†) Hier scheint ausgelassen zu seyn: esse probet &c.

**) Wird heißen müssen: probans.

plures fratres vel sorores, vnus ex ipsis non possit aliquid de proprietate vel feodo communibus indiuisis infeodare vel dare cuiquam sine consensu aliorum, ita, quod possit habere aliquam firmitatem. Item pronunciamus de medietate Castri in *Blaffenberch*, quod Comites possessionem proprietariam cum vij. viris ydoneis probent, proprietatem vero sola manu obtineant. Item pronunciamus de foro *Schorgast* et suis pertinenciis, quod, si capitulum sancti Jacobi probare possit per priuilegia vel per noticiam ea libera esse a iure aduocacie, tunc ea retineant libere et quiete. Item pronunciamus de impetitione Comitum de Orlamund ad Purgrauum de *Nurnberch* et ad dominum de *Truhending*, quod, sicut Comes Hermannus sepe dictus Burgrauus memoratus et dominus fridericus de Truhending apud Shezlitz concordauerunt, quod inter se equaliter proprietatem et feoda, que ad ipsos ex morte Ducis Meranie in *frankonia* *) peruenirent, dominus Burgrauus et dominus de Truhending de Porcionibus suis in bonis quondam Ducis tantum deberent dari dicto Hermanno Comiti, quod porcio sua singulis eorum porcionibus equalis fiat; quo facto super vniuersis aliis questionibus et expensis, quas ad inuicem habent hinc inde, stent iuri, et quicumque eorum hec seruauerit, absolutus erit, ita, quod quicumque eorum ab alio inpetitur, inpetitus cum tertia manu petitionem sibi neget in primo colloquio, quod dominus Episcopus cum Comite obseruabit, quaestiones huiusmodi terminabit. Si vero aliqua priuilegia ipsorum communia super tractatibus confecta haberi poterunt, illis omnimode stari debet, et si non per partes debet probari a quolibet sola manu sua, quod priuilegia sine dolo sint amissa. Item pronunciamus de inpetitione *Ramungi de Blaffenberch*, quod, si ipse probare possit cum duobus fide dignis tunc in iudicio presentibus, se inpetiuisse dominum Episcopum, et quod annus inquisitionis debiti domino Episcopo per sententiam datus preterierit, dominus Episcopus modo confiteri debet debitum vel negare. Item pronunciamus, quod *Erkenpertus de Redwitz* habeat quietus decimam in *dabrach*, quam obtinuit coram domino Episcopo per sententiam in *Gestingshusen*, nisi forte Comitibus legitimum ostendat impedimentum, se ipso die probasse, quo debuerat LX. marcas obtinuisse iure obligacionis in ipsa decima se habere, quod si fecerint, ad probandam obligacionem alium terminum habebit. Item pronunciamus, quod si *Albertus de Schownberch* probare possit cum *Ramungo* et *Henlino de Blaffenberch*, *Alberto de Chranach*, et *friderico de Ceyerin*, vel cum duobus eorum, ducem, cum equitare et ire potuit **), villas *vichtech*, *Buch* et *Burchpach* sibi obligasse pro Liij marcis argenti, sibi

*) Ueber dieses Wort, ob es nemlich in frankonia oder in futuro heißen müsse, findet man in Detters Vorbericht zum dritten Versuch seiner Buragräflich: Nürnbergischen Geschichte S. XXXIII. folg. einige Erinnerungen. Herr Detter hat recht, es heißt unstreitig frankonia. Dieses Wort war damals gar wohl bekannt, man findet es schon in den Monumentis Boicis Vol. VIII. p. 167. in einer Urkunde vom Jahr 1190. und ebendasselbst p. 177. vom Jahr 1230.

wo ausdrücklich die Rede von den Meranischen Gütern ist.

**) Diese Redensart will so viel sagen als cum adhuc sui compos fuit. Man findet dergleichen Ausdruck in Hanselmanns weiter erläuterte und vertheidigte Landeshoheit des Hauses Hohenlohe in den Beylagen S. 281. N. CCXVII. Siehe auch Langs Materialien zur Dettingischen Geschichte B. III. S. 263.

sibi assignentur pro pignore, alioquin debitum petat, vbi de iure — — — — — erit petendum. Item pronunciamus pro filia inter *Sunnenberch* et *Lewenstein*, quod quicquid *Helmboldus Lutolt de Gerelstet*, *Heinricus de Grutzen*, Castrenses de *Swartzperch*, *Henricus de Buch*, *Sifridus de Buch*, *Ditericus* — — bel, Castrenses de *Lewenstein* iurati dixerint, vel maior pars illorum de terminis nemoris, illorum dicto stetur; quod si omnes vel maior pars concordare non possunt, tunc dominus *Heinricus de Sunnenberch* terminos suos probet cum duobus hominibus sue conditionis, et illos, quos sic obtinuit, teneat libere et quiete, ad quod expediendum dominus Episcopus vnum nuncium et Comes vnum nuncium infra proximum Pascha destinabunt. De dampnis vero dicto Heinrico illatis per incendia vel rapinas per homines Comitris infra carnispruium Comes suos homines sistet iuri, quos tamen homines ipse *Heinricus* in proximo nostro colloquio nominabit. Item pronunciamus, quod quicquid questionis Comes Contra *Heinricum de Schawnberch* et ipse contra comitem habuerit, coram domino Episcopo in proximo colloquio, vbi dominus Episcopus et Comes *Hermannus* presentes fuerint, inuicem iuri stabunt, si non fuerit per concordiam terminatum. Item pronunciamus, quod cum dominus Episcopus paratus iam sit, castrum in *Rousenberch* et *Chranach* cum suis pertinenciis pro summa debita liberare, et de hoc copia non fiat ei, quod nec Comites nec ipsorum iudices Aut eorum homines nec Ciues nec alios homines ad ipsa bona pertinentes per precarias aut census vexent, nec aliis modis inquietent infra Terminum xiiij. dierum post Epyphaniam proximam, infra quem aliud colloquium obseruabimus; vtetur tamen Iudex medio tempore conuenienter sine capcione iudicio suo. Item pronunciamus, quod Castra *Blanchenstein* et *Zwerntz* tantum pro obseruacione eorum, que specialiter dominum Episcopum et Ecclesiam ab vna parte et Comites specialiter ab altera tangere videntur, in nostram recepimus potestatem, vt castrum non seruantis arbitrium ei, qui seruauerit, Cum LX. talentis reddituum pro proprio assignetur. Reliqua vero non sunt aliter confirmata nisi parcium iuramento. Ne super premissis vlla dubietas oriatur presens scriptum Sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum apud *Langenstat* Anno domini. M. CC. LX. XIX. kaln Januarij. Datum *Bambberch* Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Tercio Secunda feria ante viti et Modesti et Crescencie.

Anmerkung.

Eine wichtige Urkunde. Sie ist bisher nur auszugsweise aus Koeleri dissertat. de ducibus Meraniae p. 61. Struvii dissert. de allodiis imperii p. 220. und Detters zweyten Versuch der Burggräfflich, Nürnbergischen Geschichte S. 308. bekannt gewesen. Ich habe diese Abschrift von dem im hochfürstlichen geheimen Archiv zu Plassenburg verwahrten aber etwas beschädigten Original getreulich genommen, und hoffe damit Ehre einzulegen.